

Barlae.

124
/348/

Mutavi consilium Barlae amplissime, et seorsim tibi
Latinis Vernaculisque Poematis molestus esse decrevi.
Ecce igitur ingentem primam ineptiarum struem, in
quam eandem tibi factam potestatem puta quod ex capite
ΕΧΕΙ ΤΩ ΠΥΛΩ. Comparativas laudes aut censuras non
hic postulo. Neque enim res inter duos acta erit. Sumendus
habitus est, quo publice tolerari statuamus, vel explodi,
pro capite lectoris, aequi aut iniqui. Rogo itaque, ne tunc
parcere mihi studeas, male consultum velis. Intellego nimirum
quid intersit, amico panas dem an imperitiae vulgi in-
obscuro ferre autore pravè et cum praejudicio affecti. Peto
primum ut observes, equid minus hic terse, minus clarè
minus venuste prolatum. excerpasque hinc inde quae
vel corrigenda vel illustranda censeas, vel penitus elimi-
nanda. Potero in syllabarum quantitates impigisse aliud
agendo, aut memoria lapsu. Requirit hoc quoque ani-
madversionem tuam, qui falli nequias. Passim deinde
Carminum, sed maxime epigrammatum lemmata haurire
inuenies vel claudicare Adscribe si me assequeris, si con-
sulendus videor moneo. In Haga vocali molestè passim
cum versione nominum Belgicorum luctatus fui. Vide
numquid aptius occurreret, ubi minus ad palatum fecero.
muta denique quadrata rotundi, mero mixtoque imperio
utere, neque te versari existima nisi in re tua. Quod caput
est, de capitum sectionibus expende quid facto opus sit.
Quid si Metereologia, variam suppellectilem, et Hagam
vocalem in libellos tres singulares conjiciamus, caetera
in tot libros dispescamus, quot justè expleantur non
interrupta annorum serie, quam pagelli inscriptam-
do. nisi tu discriminare manus majusculo Poemata
ab Epigrammatis: Sine etiam generis carminum, ut
saepè fit, in suos locos colligere, facile omnino conturbari
possunt et in ordinem redigi. eam ob rem foliis singu-
laribus usus sum, et annos, ut dicebam, adscripsi.
Videbo, quid tu, docte Trebati, praescripturus sis, et monen-
tem sequar non inuitus. Dum hoc agis autem, paulatim
ego Schedas Belgicas Barbarasque concinnabo. quae,
toto orbe diversae, quasi alterum volumen sive tomum
facient, una utique excubendum et compingendum.

De

De praefatione, quam ab editore Barlaeo pollicitus es, po-
haec cogitabimus. Memento interim tete tibi hoc intro-
uisse, et excedendum nempe tuis auspiciis edendum esse.
Si datae fidei pariter, neque tantum tibi a re tua est
otij, aliena ut cures. Indica, cadimus inque vicem
praebemus cura. repulsam aequissimo animo laturus
sum, quasi quod dictum, nondictum siet. In libri front-
utrum malle MOMENTA SUBCISIVAM an SVFFURANE
Te penes arbitrium est, et norma loquendi. Vale vir op-
ac certi per otium certiorum me facito ecquid recte ha-
perlata fuerint, quantula cumque enim sint, nolim lub-
bria ventis volare, aut naufragio absorberi. Asseneda
in Castris 21. Aug. C1010CXLIII.

Addo his etiam δὲ αἰδῶναι προειρηται,
ut videas numquid ex iis salua existimatione
saevi Latonibus exhiberi possit, ceterisque
misceri.

Momento quo haec obsignanda erant, ipse spatium
aggressus sum, quia de nimis imprudenter
obruisse videbar, et haec schedas sic disposui
ut Carminum (sive Sylvarum maius) fecerim
librum unum.

Variarum Epigrammatum continas quinque

Meteorologicum unum

Hagi Vocabularium unum.

Varias suppellectiles, cum Homine, quae quasi apophoreta sunt, unum
et ultimum.

Vide ut haec sapiant, et censuram adhibe, vel his utere mecum

Seriem annorum, quod ad rem facere iudicasti

ubique sequor, et impleo libellos illas quinque

partim pro numero Epigrammatum cum

Martiale, quem in hac acie instruendum

ταχὺν αἰ ~~αἰ~~ σκατῆρον sequi, tutissime

duxerim. Librum quintum currente praelo

facili expletum iri praevideo.

Speciosissima quaeque, ut ex Rhetorum praecipis

in capita et calces libellorum conjiciantur

tibi commissum esto, modo enim anni

non confundantur ἀναξαρπάλῃ εἰς, singula

licet pro libito.

Barlaeo.

Reversus ad meos pridem, nondum ad me peritius
Amplissime Barlaeo, quod lentius et postremum fieri
solent

(340).